

Scriptorem tuum dimisi in Angliam datis grossis decem in viaticum; Petro nobilem, quod erat eam adducenti tabulam perpusillum, sed ille equi consulebat. Opto prospere tibi ac feliciter cedat munus quod misisti Principi De instituendo principe. Valde me percudit, per immortalem Deum, mors Buslidii, hominis cum non vulgariter 50 eruditi, tum animi et amantis in nos atque in omnes candidi. Mihi adeo hic desidendum est a principio Septembris, vt vix duos dies impetrare licuerit, quibus ad oppidum Audomari transcurrerem, precipue vt Abbatem viderem saltem sancti Bertini, quem tu mihi olim descripseras. Repperi plane talem, inuitatus atque exceptus largiter 55 ab illo in conuiuium. Homo prolixo quosuis (accipiens), me vero valde effuse: senex iucundissimus ad memoriam tui reiuuenescens. Vale, charissime Erasme.

Tunstallus in Angliam rediit. Iterum vale. Caleti vii die Octobris.

684. FROM THOMAS MORE TO PETER GILLES.

Deventer MS. 91, f. 207.

(Calais.)

D. p. 142: F. p. 143: HN: Lond. iii. 7: LB. App. 192. 7 October (1517).

[In the MS., where to denote the correction Hand B must again be divided into a^1 and a^2 , this letter follows Ep. 683. They are contemporary, but Ep. 683 must have been written first, since it is clearly the letter referred to in l. 5. I have therefore retained the month-date originally written by a^1 , as there is nothing to show when the erasure was made—possibly by some late hand, to bring the date into conformity with the printed editions.]

THOMAS MORVS PETRO AEGIDIO SVO S. D.

Mi charissime Petre, salue. Misere cupio equid tu conualescas intelligere; quae res non minori mihi curae est quam quiduis mei: itaque et inquiri diligenter et omnes omnium voces excipio sollicitus. Aliquot mihi meliores de te spes renuntiarunt, seu (quod opto) compertas, siue vt desyderiis meis inseruiant. Scripsi litteras Erasmo 5 nostro. Eas tibi apertas mitto; signabis ipse: nihil opus est quod illi scribitur clausum ad te venire. Versiculos quos in tabellam tam inscite feci quam illa scite depicta est, ad te perscripsi. Tu si digna videbuntur, Erasmo imparti; alioqui Vulcano dedas.

Vale vii octobris.

10

Versus in tabulam duplicem, in qua Erasmus ac Petrus Aegidius simul erant expressi per egregium artificem Quintinum, sic vt apud Erasmus exordientem Paraphrasin in epistolam ad Rhomanos picti

683. 52. a principio scripsi: in principium MS. 684. tit. add. D. 5. a^2 : desideriiis a^2 . 10. vii a^1 , sed primam i erasi nescioquis: vi D. 11. Versus ... 15. effinzerat add. D.

683. 46. Scriptorem] Phrysius; cf. Epp. 665-9.

54. Abbatem] Antony of Bergen; see Ep. 143 introd.

49 De instituendo] Cf. Ep. 657. 46.

684. 13. Paraphrasin] See Ep. 710.

libri titulos praeferrent suos, et Petrus epistolam teneret Mori manu
 15 *inscriptam ipsi, quam et ipsam pictor effinxerat.*

TABELLA LOQVITVR.

Quanti olim fuerant Pollux et Castor amici,
 Erasmm tantos Egidiumque fero.
 Morus ab his dolet esse loco, coniunctus amore
 20 Tam prope quam quisquam vix queat esse sibi.
 Sic desyderio est consultum absentis, vt horum
 Reddat amans animum littera, corpus ego.

IPSE LOQVOR MORVS.

Tu quos aspicias, agnitos opinor
 25 Ex vultu tibi, si prius vel vnquam
 Visos; sin minus, indicabit altrum
 Ipsi littera scripta: nomen alter,
 Ne sis nescius, ecce scribit ipse;
 30 Quanquam is qui siet, vt taceret ipse,
 Inscripti poterant docere libri
 Toto qui celebres leguntur orbe.
 Quintine o veteris nouator artis,
 Magno non minor artifex Apelle,
 Mire composito potens colore
 35 Vitam adfingere mortuis figuris;
 Hei cur effigies labore tanto
 Factas tam bene talium virorum,
 Quales prisca tulere secla raros,
 Quales tempora nostra rariores,
 40 Quales haud scio post futura an vllos,
 Te iuuit fragili indidisse ligno,
 Dandas materie fideliori,

21. a²: desiderio a¹. 23. MORVS *add. F.* 24. quos a: quosq; N. 29. siet
 D: fiet a. 38. a²: roros a¹. 41. D: lingno a.

14. *titulos*] In the Stroganoff portrait of Erasmus, these and the writing on the paper either were not written or have disappeared. But the copy at Hampton Court has the titles of the *Moria* (Ep. 222), the New Testament (Ep. 384), Jerome (Ep. 396), and Lucian (Ep. 550), and on the paper are some letters which represent with extreme inaccuracy the opening lines of the Paraphrase on the Romans (Ep. 710); see E. Law, *Royal Gallery of Hampton Court*, 1898, pp. 214-6. In

another copy, at the Rijksmuseum at Amsterdam, the books are not represented, and the paper is blank.

There is similar discrepancy in the portrait of Gilles. The Longford picture has the titles of Seneca (Ep. 325), the *Ἀρχοντοπαδεία* (Ep. 393), Suetonius (Ep. 586), Plutarch (Epp. 657-8), Curtius (Ep. 704), and under Gilles' hand the *Antibarbari* (Ep. 706. 32 n.). In the Antwerp copy this last has been changed to *Querela Pacis* (Ep. 603).

18. Erasmm] Cf. Ep. 440. 14 n.

Quae seruare datas queat perhennes?

O si sic poteras tuaeque famae et

Votis consuluisse posterorum!

45

Nam si secula quae sequentur vllum

Seruabunt studium artium bonarum,

Nec Mars horridus obteret Mineruam,

Quanti hanc posteritas emat tabellam?

Mi Petre, cum omnia mirifice Quintinus noster expresserit, quam 50
mirificum in primis falsarium videtur praestare posse! nam ita in-
scriptionem litterarum ad te mearum imitatus est vt ne ipse quidem
idem iterum possem itidem. Quare nisi aut ille in suum aliquem
vsum aut tu in tuum eam seruas epistolam, remitte rogo ad me:
duplicabit miraculum apposita cum tabella. Sin aut perierit aut 55
vobis vsui erit, ego experiar mee manus imitatore[m] ipse rursus imitari.

Vale cum lepidissima coniuge.

685⁶⁹⁴ FROM WILLIBALD PIRCKHEIMER.

Nuremberg MS. PP. No. 330^b.

<Nuremberg.>

<October 1517.>

[An autograph rough draft among the Pirckheimer papers at Nuremberg
(cf. Ep. 322 introd.). An approximate date can be assigned from the Lucian
(l. 13 n.) and Ep. 694.]

SALVVS sis, magne Erasme. Dedi hoc anno aliquas ad te litteras :
quas ideo te haud accepisse suspicor, quoniam ad illas non responderis ;
siquidem plane mihi persuadeo, etsi grauioribus occupatus sis nego-
ciis, non tamen adeo te amicitie iura negligere vt prouocatus non
rescribas. Homini igitur qui tibi has consignat, litteras tuas quoque 5
suauissimas reddas oro, non tam mei quam amicorum tuorum gratia,
quos tibi innumeros virtus tua peperit : siquidem ab illis quotidie
interpellor ecquid litterarum columen agat nouerim, quam belle
eruditionis parens valeat, quid molliatur ; ego vero ne γρὺ quidem
quod respondeam habeo. Tu igitur fac vt ex te potissimum cuncta 10
intelligamus, ac tuis et nostris pariter amicis per Slesiam, Saxoniam,
et Duringiam satisfacere possimus.

Mitto ad te Luciani Piscatorem cum epistola Capnionis defensiua ;
non quod rem aliquam dignam me effecisse sperem, sed vt Erasmus
meus videat quanti eum Bilibaldus faciat : etsi sciam nil laudibus 15

684. 50. expressit *D.* quam scripsi: *qa*: tum *D.* 51. *a*²: falsarum *a*².
52. quidem *add. D.* 55. perit *D.* 56. manus *D*: manui *a*. 57. cum
*add. a*².

685. 1. litteras] Epp. 527, 555.
2. haud accepisse] Pirckheimer makes
a similar complaint in Ep. 409. 1-4.
13. Piscatorem] Nuremberg, F. Peyp,

2 Oct. 1517; see Böcking, suppl. ii. 1,
p. 99.
epistola] An *Ep. apologetica* of 26
pp.; printed in part as HE. 64.